FLORA SIBIRICA

SIVE

HISTORIA

PLANTARVM SIBIRIAE

TOMVS I.

CONTINENS

TABVLAS AERI INCISAS

L.

AVCTORE

D. Joanne Georgio Gmelin,

CHEM. ET HIST. NAT. PROF.

PETROPOLI

EX TYPOGRAPHIA ACADEMIAE SCIENTIARVM

clɔ lɔ ccxlvii.

Plinius Hiſt. Nat. l. XXV. c. I.

Non aeque haec cura eorum (*de herbarum inuentoribus loquitur*) mira eſſet in his, quae ſatu blandiuntur, aut cibo inuitant: Sed culmina quoque montium inuia et ſolitudines abditas, omnisque terrae fibras ſcrutati inuenere, quid quaeque radix polleret, ad quos vſus herbarum folia pertinerent, etiam quadrupedum pabulo intacta ad ſalutis vſus vertentes.

HERZOGLICHER
S.MEININGISCHER
BIBLIOTHEK.

գԵԵԵԵԵԵ ԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ

* * * * * * * * * * * *

PRAEFATIO.

Regio, cuius vegetabilia describere adgredior, vastissima facile omnivm, quorum plantae vno libro adhuc traditae sunt, ex occidente a Werchoturensium et Vralensium montium iugo, orientem versus ad mare vsque Kamtschaticum extenditur, latitudo vero omnes regiones comprehendit a mari glaciali ad Chalmuccorum, Mongalorum et Sinarum fines vsque.

Iaicus (*Iaik*) primus insignis et maxime occidentalis fluuius est, qui ex catena Vralensium montium sub latitudine quinquaginta quatuor, et sub longitudine septuaginta octo graduum oriundus, sub latitudine quadraginta septem et dimidii et sub longitudine septuaginta quatuor

գԵԵԵԵԵԵ ԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ գԵԵԵԵԵԵ